accepit deus animā meam corpus meū ſepelit. Thob.iiij. Jdeo ſpirituales filij ſcilicet diſcipuli Johannis ſepelierūt corpus eius. Mathei.xiiij.et Marci.vi.

Capitulū. 121.

De ſilentio et eius operatione.

Silere debent ſpecialiter mulieres obloquentes noxam fugiendo.

Intima nō oſtendentes ſecreta tenendo.

Et conuitia tenentes his nō reſpondendo.

Clericaliter viuētes ꝛ ſacris aſſiſtendo homineſqꝫ ſapientes tempore tacendo.

Silentium tenere debent mulieres. quia earū loquacitas periculoſa eſt. ideo dedit dominus ꝑceptum ade et eue vt mulier minus loquēdi materiam haberet. ſed a viro diſcendi. His igitur ꝑtermiſſis eua garrulādo et ſepiſſime ſerpenti reſpondendo ꝑ nimiā loquacitatē paradiſum perdidit. Geneſꝫ.iij. Vxor iob ſtulte locuta eſt quando Job fuit a deo percuſſus. ideo iob reprehendit eam. Job.ij.capitulo.

Silere debent homines ſecreta ſua et alioꝝ. Nec ea reuelare maxime mulierib⁹. quia neſciunt ſecreta tacere. Nam quia ſamſon reuelauit vxori ſecretum ipſa in eius dampnū manifeſtauit. Judicum.xiiij. Item quia ipſe indicauit dalide ſecretum fortitudinis ipſa prodente fortitudinē et vitam propter eius loquacitatē amiſit. Judicum.xvi.capitulo.

Silere debet quilibet ad obprobria dicendo nec ad dicta reſpondendo. Nam quia cham obprobrium patris fratribus nunciauit a patre maledictus fuit. Geneſis.ix.ca. Ob hanc cauſaꝫ ſilebat ſaul et diſſimulabat ſe audire male loquentes de eo vt non reſpōderet eis. primo. Regū.x. in fine. Thobias auditis verbis iniurioſis ab vxore nō ei rñdit vt non litigaret. Thobie.ij. Cū ancilla zare dixiſſet et obꝓbriū ipſa tacuit ꝛ ceſſit. Thobie.iij.ca. Mandauit.

ezechias vt nō reſponderet ali
quis rapſaci cōminanti et ſi
luerūt omnes Eſaie.xxxvi.c.
Falſis criminibꝰ ſuſannā nō
rn̄dit ſed flens in celū aſpexit
et iō liberata fuit Dan̄.xiij.
Maria peccatrix in domo ſy
monis tacuit. ideo dn̄s ipſaʒ
cōmēdauit ſymoni loquenti.
Luce.vij. Conquerenti ſorori ni
hil rn̄dit magdalena. iō xp̄s
eius aduocatꝰ fuit. Lu.x. Di
ſcipulis in eā fremētibꝰ ꝓpter
effuſionē vnguēti etiā ſiluit.
et chriſtus eā defendit Marci
xiiij. Mulier in adulterio de
prehēſa accuſantibꝰ nō rn̄dit
ideo xp̄s eam abſoluit. Johā.
viij. Silentium obſeruare
debent religioſi ⁊ clerici ⁊ viri
ſpūales. et maxime in eccleſia
Vn̄ poſtq̄ locutus eſt dn̄s ad
moyſen impeditoris ⁊ tradito
ris figure fuit Exo.iiij. Anna
mater ſamuelis in templo lo
quebatur. i.Reg.i. Job ſanctꝰ
rep̄hendit ſe de locutiōe dicēs
Inſipiēter locutus ſuʒ ꝙ vti
nam tacuiſſeʒ. Job vlt. Hiere
mias in vtero ſanctificatꝰ ex
cuſabat ſe dicēs. Neſcio loq
quia puer ego ſuʒ. Hieremie.i.
Locutꝰ paulus ī ſynagoga
ſilentiū indixit vbi nō eſt au
ditus: nō debet offendi ſermo
Actuū.xiij. Silere debent
ſapientes vſqʒ ad tempꝰ con
gruū. Nam cū abigail pla
cuiſſet dauid nō indicauit vi
ro ſuo verbū ſʒ ſiluit vſqʒ ma
ne cū digeſſiſſet vinū.i.Regū
xxv. Diu tacuit heſter nō lo
quēdo de populo ſuo ne ſuſpi
caretur regi ſed ſuo tpe ē locu
ta. Heſter.v.vi.et.vij. Beata
virgo Maria audita ſalutatio
ne primꝰ tacuit ⁊ cogitauit. poſt
ea modeſte reſpondit Lu.i.

Captulū.122.

De ſocietate bonoꝝ
Societas bona habet ab
iminētibꝰ iam liberatos
Conuenētibꝰ lo (efficere
cupletatos reficere.
Sancte viuentibus aſſo
ciatos perficere.

Ocietas bo
norum liberat homīes
a periculis. Nam fuiſſent in
uenti decē iuſti in quīqʒ ciui
tatibꝰ ſodomoꝝ pepercisſet de
us vniuerſis et euaſiſſent Ge
neſis.xviij. Homīes de lachis
occiſi fuerūt qꝛ nō habebant